

dicatur in leuitico Non serues agrum tuum
diuerso semine. quia ut ait apostolus No-
dicum fermenti rotam massam corrumpit
sic de reliquis duobus membris studiosissi-
me faciamus. Tertio operemur diligenter
quod tunc facimus si diligenti conamur
summo studio nostra opera faciamus. Nam
studium et diligentia tam in bonis quam in ma-
lis plus mouet deum et plus estimatur quam
ipsa opera sine illo. Nam de studio et dili-
gentia malorum operum sepe legitur in p-
phetis. Visitabo vos super studiis adinuen-
tionum vestrarum. et iterum. Visitabo vos
in indignatione propter malicia studiorum vestrorum
per quod expresse innuitur quod plus deus ex-
asperatur ex studiis malorum quam ex operibus
ipsis malis. hinc Grego. Cuius delicta pu-
niendo absoluuntur que ex sola precipitatio-
ne committuntur. quaeque ex studio et dilige-
ntia aggrauantur. sic etiam econuerso studi-
um et diligentia bonorum plus placet et pla-
cat deum quam opera ipsa bona. hinc dicitur
in ps. Deus glorificatur in consilio sancto-
rum. quod consilium non est aliud nisi stu-
dium et diligentia prenotata. de hoc studio
ammonere nos voluit dominus cum in deu-
diceret Iuste quod iustum est exequaris. Iu-
ste enim iustum exequimur quando cum
fidei diligentia facimus opus bonum. hanc
diligentiam approbat apostolus cum dicit
Malum quicquid verba loqui sensu meo quam de-
cem milia sine intellectu. Hinc quidam
sapiens dicit. Non remuneramur nomini-
bus sed aduerbijs id est non de bono facto
sed si bonum bene facimus meritum repon-
tamus. **U** Septimo malus suo tem-
pore floribus decoratur. qui flores secundum
duplicem sensum duplex conferunt homi-
nibus delectamentum. nam visui dant io-
cunditatem olfactui vero suauitatem. Per
hos flores interna deuotio designatur de qua
bus floribus dicit illa in Can. Hyems tra-
sijt imber abiit et recessit flores apparuerunt
vocans ibi flores internam deuotionem et
spiritualem consolationem. qui post hye-
mem peccatorum et imbrem lacrimarum in-
cipiunt appere de quibus gloriatur iterum
sponsa in Cani. Lectulus noster floridus

est id est interna deuotionibus a domatibus
de quibus floribus dicit bernardus. Gau-
det celestis sponsus talibus anime adorna-
mentis et cordis thalamum libenter frequen-
terque ingreditur quod istiusmodi resperuz
floribus inuenitur. ubi suae videlicet passio-
nis gratiam. aut resurrectionis gloriam se-
dula inspicit deuotione versari. ibi profe-
cto adest sedulus adest libens. **H** ergo flo-
res iocundant visum et afficiunt olfactum
quod contingit cum diuina aspiratio tan-
git mentem hominis intellectum qui per vi-
sum accipitur illuminando. et affectum qui
per olfactum accipitur inflammando. **H** ergo flo-
res dicuntur iocundare visum. cum il-
luminant intellectum et suauiter afficiunt
olfactum cum inflammant affectum quae
duplicem gratiam operatur nobis moyses
deutero. cum dicebat. Utinam scirent et
intelligerent ac nouissima prouiderent. uti-
nam vilicij scirent ut per illuminationem affe-
ctus et intelligerent per illuminationem in-
tellectus. quas duas gratias quia sunt de
genere fructuum insequenti sermone cum
de fructibus tractabimus latius exponemus
prestante deo.

CLX.

De eodem sermo tercius.

Non est arbor
bona que facit fructus malos.
Luce. vi. **U** Grego. Cum in cordi-
bus electorum dura et aspera predicantur
cautum est ut consolatoria subiungantur
ne per dura et aspera territi dicant. Durus
est hic sermo quis potest eum au. ideo per sub-
iunctam consolationem solidentur. ut audi-
tis consolationibus ad agendum viriliter
animantur. Sic filij israel per exploratores
terre sancte territi dixerunt. Nequaquam ad
hunc populum valemus ascendere. quia
fortior nobis est. quibus comparati quasi
locuste videmur. quos ut exploratores ani-
marent. ostenderunt eis fructus terre dice-
tes Venimus ad terram ad quam misistis
nos. que reuera fuit lacte et melle ut ex his
fructibus patet. **E**t quibus animati di-
xerunt. Ascendamus et possideamus terra

quoniam poterimus obtinere eam. Nume-
 ci. xij. Sic dñs cum discipulos suos terruis-
 set dicens. Ecce ascendim⁹ hierosolimam-
 ⁊ filius hominis tradetur. statim subiunxit
 consolator⁹ dicens. Et tertia die resurget.
 Similiter cum terruit discipulos dicens.
 Trademini a pentibus ⁊ amicis. qui mor-
 te ex vobis afficient. statim consolator⁹ adiu-
 xit dicens. Sed ⁊ capillus capitis vestri nõ
 peribit. sic ap̄lus cum de se ⁊ discipulis suis
 dura ⁊ aspera predixisset dicens. Quomodo
 te mortificamur tota die. estimati sum⁹ ⁊ cõ-
 statim subiunxit consolationem dicens. Sed
 in omnibus his sup̄auimus propter eum
 qui dilexit nos. sic qui ex via ardua quam pre-
 misimus terrentur fructus de quibus nũc
 dicemus contemplantur. vt si secundũ gre.
 delectet quod mulcet. bibant prius quod dolz
 qz per poculum amaritudinis puenitur ad
 gaudium salutis. Sciendum tñ qd nõ om̄s
 electi per prescriptam viam veniunt ad glo-
 riosos fructus. de quib⁹ seruari ordine nũc
 dicemus. Electorum nanqz alij rapiuntur
 vt puri. alij cõpelluntur vt pauperes ⁊ casti-
 gati alij vero per viam hic descriptam perfici-
 untur. nam de primis dicitur. Sap. Rap̄ est
 ne malicia mutaret intellectum illius aut
 ne fictio deciperet animam illius. de secun-
 dis vero ibidem dicitur. In paucis verari
 in multis bene disponuntur. De tertijs qui
 prescriptam viam ambulant non declinan-
 tes ad dexteram nec ad sinistram dicit. Ius-
 torum semita quasi lux splendens crescit ⁊
 proficit vsqz ad perfectum diem. De quoz
 fructibus dicit. Honor⁹ laborum gloriosus est
 fructus. Expedita ergo in precedenti sermo-
 ne de electorum qualitate. nunc dicendũ est
 de fructuum vbertate. vt ex cognitione fru-
 ctuum prouocari per viam que ducit ad fru-
 ctus feruentius inhyemus. **S**ciendum
 ergo qd duodecim fructus pullulant
 ex predictis arboribus electorum. quoz in
 hac vita sex tanqz primitias pregustam⁹
 sex vero in futura vita tanqz de messe iã ma-
 tura carpimus ⁊ metemus in eternum qd
 pulcherrime prefiguratu legimus in vna ele-
 ctissima arbore Apoca. xxi. vbi dicit. Ostendit
 mihi angelus flumi⁹ aque viue splendidi

Mozz. sermo

tanqz cristallum procedentem a sede dei et
 agni ⁊ ex vtraqz pre fluminis lignu⁹ vite af-
 ferens xij. fructus. Quid p flumi⁹ aque vi-
 ue. nisi pñtis ecclesie fluxibilitas designatur
 quid p lignu⁹ vite nisi quilibet electus acci-
 pitur qui ex vtraqz pre fluminis conuinctũ
 xij. fructibus affert. vt vicz ex vna pre scilz
 pñtis ipis sex fruct⁹ ⁊ ex alia parte sex futuri
 ipis sex fructus affert. quibus vscimur
 apud deum. primi ergo sex fruct⁹ quos ele-
 cti dei ⁊ dilecti percipiunt in hac vita consi-
 stunt in dei cõmansione. defensione. remu-
 natione. dilatione. coopatione. sp̄iali-
 consolatione. Quos p ordinem prosequen-
 tes dicimus qd primi fruct⁹ electoz consistit
 in dei cũ eis continua mansione. nũc ad
 momentum separans se ab eis. Quod exp̄s
 se eisdem electis promittitur in scriptura.
 Sic enim dicitur. Gen. Noli timere quia
 ego tecum sum. Unde cum electis suis apo-
 stolis pdiceret qd ab eis esset corporaliter re-
 cessurus dicens. Expedit vobis vt ego vadã
 ⁊ illud. modicum ⁊ iam non videbitis me
 vehementissime sunt turbati. id statim sub-
 intulit consolatione di. Mat. xvij. Ecce
 ego vobiscum sum vsqz ad cõsumationem
 seculi. ac si diceret. turbatione eoz sustinere
 non valens. Nolite turbari qz licet corpore
 vos relinqz diuinitate tñ vobiscum sum in
 eternum. An a tpe baptismatis p cuius sa-
 cramentum incorporat sibi electos vsqz in et-
 num manet cum eis. nisi p peccatum morta-
 le ab eoz cordibus expellatur. **¶** **¶**
 nũc dicitur deus (sine cuius nutu non cadit fo-
 lium sup terrã) vtr̄ leuitate vt pro delicijs
 habeat esse cum filijs hoim sine cã. Neqz
 sed. pfectum que exinde electi accipiunt deli-
 cias suas vocat iuxta illud. Gaudium dñi
 est fortitudo nostra. Ad hoc enim sua cõmã-
 sionem electis exhibet vt vitam sui homis
 id est xpi in eis transplantet pficiet ⁊ trans-
 figuret sicut dudũ diximus de surculo ⁊ de
 malo qui ex virtute sui ignobilitatem stipi-
 tis in se mutauit multo magis deus qd ma-
 ior est ⁊ fortior nobis ignobilitatem nostre
 malicie vincere poterit ⁊ in esse suum nobis
 le transplantare. Et qz vita hominis christi
 in tria diuiditur scilicet in operationem. pas-

tionem et resurrectionem ideo deus manens cum electis vitam eorum in hoc tria transplan-
 tar. ita videlicet ut ex virtute sue operatio-
 nis eis operari efficaciter. ex virtute sue passi-
 onis eis pati virtualiter. ex virtute sue re-
 surrectionis eis affici spiritualiter. hoc tria
 tamdiu continuans quousque hodie conante
 et gratia adiuuante in electis perficit vitam suam
 in tantam eos sui similitudinem praebens quam
 ta possibilis est creature. **H**ec est enim omnis cu-
 ra sanctorum et conatus eorum ut ad eum redeant
 similitudine a quo sola recesserunt dissimilitudine
 sic quod operans in nobis facit nos operari. pari-
 ens in nobis facit nos pati. resurgens in no-
 bis facit nos diuinitus afflari. ut ex eo effi-
 caciter operantes fiducialiter dicere possimus
 quod naturalis filius dixit. **P**ater in me ma-
 nens ipse facit opera. **N**am de eisdem operibus
 dicit per ysa. **D**ia opera nostra in nobis operatus
 es domine. ipse enim dicit. **S**ine me nihil potestis
 facere. quod enim sine deo facimus reputat pe-
 nitus pro non facto quod etiam passiones nostras
 ipse patitur in nobis innuitur in psalms ubi dicitur
Cum ipso sum in tribulatione. expressius tamen
 in act. ap. ubi ad paulum dixisse legitur. **S**au-
 le saule quid me persequeris. electorum persecutio-
 nes veraciter vocans suas. unde gre. **D**e
 quod die patitur omne quod a reprobis eius ele-
 cti lacerantur et quibus corporis sui quod est ecclesia
 caput iam se liberum super terram liberauerit. re-
 proborum tamen vulnera adhuc per suum quod deorum
 sum retinet corpus sentit. si enim caput nempe
 tormenta nostra non rangerent. neque quibus affli-
 ctis membris persecutori suo de celo clamaret.
Saule saule quid me persequeris. **E**t etiam
 resurgat in nobis euidenter innuit in psalms
 ubi dicitur. **E**xurrexi et adhuc tecum sum. ac
 si dicat. **A**d quemlibet electum. exurrexi semel
 pro omnibus et in virtute eiusdem resurrectionis adhuc
 tecum sum resurgens quotidie in tua deuotio-
 ne et quousque libet electorum. hinc beatus. **S**unt
 quibus resurrexit dominus cum quibus pia dul-
 cedine adhuc commoratur in terris qui in de-
 uotione sua sunt tota die. flent in orationibus
 suspirant in meditationibus. et omnia iocunda et fe-
 stiuia sunt eis. ut per omnes dies illos continuu-
 alla dicat. et sic patet quod deus operatur in nobis
 et nobiscum operatur patitur et resurgit. **E**t quibus

nihilominus et ista resultat utilitas. quod ex com-
 munionem dei predicta nostra tria scilicet operatio pas-
 sio et resurrectio fiant faciliores. deo accepti-
 biliores et in se nobiliores. **Q**uia autem sunt facilio-
 ra ex hoc patet quod vniuersum quodlibet opus facilius a
 duobus perficitur quam ab vno. sic enim dicit in Eccl.
Melius duos est esse filium quam vnum. hinc veritas
 in euangelio. omnia seruicia dei vocat iugum di.
Mat. **T**ollite iugum meum super vos. eo quod ipse
 sit nobis in omnibus dei operibus coniugatus. **Q**uia
 etiam sunt deo acceptibilia et hoc patet. quia non
 accipiuntur ut ab homine operante. sed ut a deo co-
 operante et ideo nullatenus potest esse non accep-
 ta. quia deo non potest sua ipsius opera displice-
 re. et ideo opera nostra que ex se non essent digna lu-
 ce dei. ex deo cooperante sunt meritoria vite
 eterne. **Q**uia etiam in seipsis sunt nobiliores parte
 et predictis. opera enim que deus operatur et que deo
 sunt accepta oportet esse nobilia in seipsis. hinc est
 quod de omnibus predictis tribus ex persona
 dei singulis electis dicitur. **I**n vita mea cog-
 noscere poteris vitam tuam. ut sicut ego ante
 passionem meam nobilissime operabar. in pas-
 sione amarissime et virtuosissime patiebar. post
 passionem gloriosissime resurgebam. ita tu in
 eisdem vestigijs incedas non declinas ad dex-
 tram nec ad sinistram. quod si facimus erit vi-
 ta nostra quantum probas est similitudo vite christi.
Et notandum quod ex hoc primo fructu scilicet commu-
 nionem dei omnes sequentes fructus pullulant
 testate domino qui dicit. **Q**ui manet in me et ego
 in eo hic fert fructum multum. **Q**uod conside-
 rans sapiens. rogabat ex corde. hanc dei com-
 munionem postulans cum dicebat. **D**omine da mihi
 domine sedium tuarum assistentem sapientiam. ut mecum
 sit et mecum laboret. scias quid acceptum sit
 coram te omni tempore. **Q**uius fructus utilita-
 tem considerans **A**ugu. sic ait. **U**bi queso
 bene poterit esse sine illo. aut ubi male poterit
 esse cum illo. **C**ui sile dicit beatus. **D**omine da mi-
 hi si per tribulari ut mecum sis et mecum labores
 quia melius est tecum tribulari quam in huius mun-
 di vanitatibus sine te infatuari. **H**inc de an-
 thonio legitur quod cum duris fustibus esset cecus
 dixit. **D**omine ubi eras. qui respondit. **T**ecum eram.

A **S**ecundus fructus quem electi dei
 et dilecti recipiunt consistit in omnium malorum
 defensione. ut nulla vniuersa creatura nec in celo...

nec in terra (manu dñi eos ab oibz ptegen-
te) nocere eis valeat. Unde quantum mundus
seuiat dyabolus impediatur caro insanit ma-
lus odiat. Ite oia sunt ad eoz exercitatioez
nullatenus aut ad eoz pdinonem. Un in
prima die conuersionis dicit electis suis de-
us illud deute. Sciens hodie qd deus tuus
ipse transibit a te ignis deuorans et psumes
qui conterat et disperdat hostes tuos a te faci-
em tuam. velociter em precipit oi creature il-
lud ps. Nolite tangere xpos meos. Hanc
fidelem custodia. apus considerans dixit.
Tertius sum qd neqz mors. neqz vita. neqz
angeli. neqz principatus. neqz pates. neqz
altrudo. neqz pfundū. neqz vlla creatura
alia poterit nos separare a caritate di q est in
xpo iesu. qua siniaz apli. Ber. oibz elctis appli-
cat di. Certi sumus et nos cum aplo qd neqz
mors neqz vita. et. et subiungit. Sed atten-
de quanta enumerauit. minime tñ aduicias
nec nosipi. Admirum. hec est libertas qua
nos xps liberauit ut nulla penitus creatura
auellere nos ab eo aut violēter auertere pos-
sit. Verum quia multe defensiones negligē-
ter et insufficienter exhibentur. ideo deus tri-
bus verbis tanqz tribus signis scilicet pupil-
la sinu et ab omnibus malis. probat suam de-
fensionem esse diligentissimā securissimam
et efficacissimā. Quod em defenditur ut pu-
pilla diligentissime. qd vero in sinu securis-
sime quod ab omni malo efficacissime cu-
stoditur. Nam de primo dicitur deuteroni.
Custodit te dominus ut pupillaz oculi qua
custodiam sibi dauid percipit exhiberi cum di-
xit. Custodi me domine ut pupillam oculi
De secunda vero custodia dicitur itez deu.
Portauit te dominus quomodo nutrix so-
let portare infantulum in sinu suo. hinc
Dee dicitur. Ego quasi nutricius portabam
eos in brachijs meis et nescierunt qd curare
ec s iob. r. Nemo rapiet eos de manu mea
quia nemo potest eos rapere d manu patris
mei. Veriam eius defensio sit efficacissima
ostendit ps dicens. Dominus custodit te
ab omni malo. adeo ut quoz electi possint
in domino fiducialiter gloriari dicētes Mi-
sericordia eius preueniet me et misericordia
eius subsequetur me et misericordia eius cir-

cumdabit me. quam fidelem custodiam co-
gnouit moyses. cui cum diceret dominus.
Vade et introduce populum istum in terrā
promissionis pro qua iuravi patribus eoz.
Facies enim mea precedet te et au moyses.
Si non ipse precedes ne lucas nos de loco
isto. **H**unc autem gratie debemus
deuotoe triplici respondere ut deus defen-
sione fiducialiter presumētes extra deum
penitus nihil timeamus. omnem spem no-
stram in ipsum ponamus. et omnem solici-
tudinem in ipsum proiciamus. De primo
hortatur nos ysa. xliij. di. Noli timere quia
redemi te et vocavi te nomine tuo. seruus me-
us es tu. cum transieris aquas tecum ero et
flumina non operient te. et cum ambulaueris
in ignem non combureris et flamma nō
ardebit in te. hinc est qd cum petrus videns
iesum in litore dixisset. Domine si tu es iu-
be me venire ad te super aquas. cui cum re-
spondisset dominus. Veni. cepit petrus ni-
hil timens super aquas ambulare cum au-
tem vidisset ventum validum timuit et ideo
timens statim mergitur qui nullatenus mer-
sus fuisset si non prius diffidens timuisset.
De secundo dicitur eccle. Respicite filij bo-
minum et scitote quia nullus sperauit in do-
mino et confusus est. permansit in manda-
tis eius et derelictus est. hinc iob. Recordare
re obsecro quis vnquam innocens perijt. aut
qn recti delati sunt. cui consonat ps. Junior
fui etenim et. hinc bern. Quantumcunqz
sperare poteris tantum es sine dubio acce-
pturus et qua tenuis pedem fiducie porrexeris
ea tenuis possidebis. De tercio dicitur in ps.
Facta cogitatum tuum et cetera. Ite mar.
Nolite solliciti esse dicentes quid man. et.
hinc discipulis dixit. quando misit eos sine
sacculo et sine pera nunquid aliquid defu-
it vobis. Rñderunt non. **T**ertius
fructus bonorum consistit in omnium bo-
norum copiosissima remuneratione. et oim
malorum benignissima dissimulatione. sup
condignum bonum remunerans largiter et
dissimulans mala misericorditer. De bono-
rum aut remuneratione tria dicantur scilicet
de bonoz copiosa remuneratione. secdo de re-
muneratiois dilataroe. tercio de alioz bonoz

pncipatione. De primo scilicet bonorum re-
 muneracione. bic sciendum est. qd electos su-
 os deus de bonis suis que faciunt tam copi-
 ose remunerat. pro tenuissima bona cogi-
 tatione minutissima verbi prolacione. leuissi-
 ma operatione. det meritum semper durans. et
 hoc est quod dicit iob. xxiij. Dabit pro terra sili-
 cem. quid per terram qd mollior est nisi opa que
 per terram corporis nostri fiunt accipiunt. qd
 per silicem durum nisi merita semper dura-
 bilia intelliguntur. Datur ergo nobis silex
 pro terra cum pro quolibet ope molli meri-
 tum in eternum durans commutatur. et hoc e-
 quod alijs verbis iu. xxi. veritas nobis pro-
 mittit dicens. Sed et capillus capitis ve-
 stri non peribit. quid per caput nisi mens se-
 cundum grego. accipitur. quid per capillum
 qui de capite fluit nisi cogitatio ab eadem me-
 re fluens intelligitur. Capillus ergo capi-
 tis non peribit. quia quelibet minima bona
 cogitatio de mente fluens nunquam imperpe-
 tuum euanescit. sed accipit premium semp-
 manens. hinc est qd cuilibet electorum dicit
 deus illud. Cant. Veni dilecte mi. quia om-
 nia poma noua et vetera seruaui tibi. id est
 omnia opera vnde cumq; acquisita seruaui
 tibi fideliter in cumulum meritorum perpe-
 tuo permanens. Secundo dicendum est
 de remuneracionis dilacione. De quo sci-
 endum qd in quolibet bono opere tres sunt
 radices merendi. scilicet penalitas. virtuali-
 tas et caritas. His tribus radicibus corre-
 spondet triplex remuneratio. Nam radici pe-
 nalitatis respondet peccatorum remissio. ra-
 dici vero virtualitatis respondet virtutum
 augmentatio. radici vero caritatis respondet
 celestis regni premiatio. De primo talis da-
 tur regula in theologia. De pena pene resolu-
 toria est. et quia bona opera sine qualicumq;
 penalitate fieri non possunt ideo eorum penali-
 tas tollit penam quam meruimus ex peccato
 de secundo accipitur illud lu. Omnia habenti
 dabitur. et abundabit. qd quilibet opus vir-
 tuosum augmentum virtutis tanquam semine sui
 generis promeretur. de tercio notum est. qd tan-
 to maior est caritas quanto sola ei celestia commo-
 detur. Sicq; pro quo diuina remuneratio ex propria
 largitate adeo dilatur. quod in vnoquoque

ope meritorio merenti peccatorum remissione
 virtutum augmentationem et sublimiorem
 glorificationem. et hoc fit quod vnaqueque ra-
 dix intendit plus et minus. Nam si vnus et
 idem opus plus habet de radice penalitatis
 quam de alijs duabus radicibus. secundum hoc
 etiam meretur plus de remissione peccato-
 rum et sic de alijs intelligat. **Tercio**
 dicendum est de aliorum bonorum participatione
 Fidelis enim deus non contentus est re-
 munerare nos de proprijs bonis que faci-
 mus sed sua et sanctorum suorum bona opera
 nobis commicat vt remuneracionis maiorem cu-
 mulum consequamur. Quomodo autem sua
 et sanctorum suorum bona nobis commicat ra-
 liter est videndum. Deus enim omnia bo-
 na tam sua quam militantis et etiam triumphan-
 tis ecclesie in se continens veniet ad animas
 electorum et omnia predicta bona sibi in cor-
 para affert secum. et sic datus seipsum dat omnia
 sua secum vt opere et effectu dicere possit cui-
 libet electo ad quem venit illud euangelium
 Fili tu semper mecum es et omnia mea tua
 sunt. hinc apostolus. Proprio filio suo non
 pepercit deus. sed pro nobis omnibus tradi-
 dit illum et subiungit. Quomodo non om-
 nia etiam nobis cum illo donauit. super quod
 dominus Albertus dicit. Deus manens
 cum hominibus facit dinorum et humano-
 rum verissimam communionem. nec solum sua et
 suorum bona opera nostra sunt. sed celum et
 terra et omnia que deus habet tam corporalia
 quam spiritualia temporalia et eternalia presentia
 et futura in deo et cum deo veraciter posside-
 mus. quod apte insinuat aposto. i. Cor. iij. di.
 Omnia vestra sunt siue mundus siue vita
 siue mors siue presentia siue futura. omnia vestra
 sunt. vos autem christi. christus autem
 dei. Hinc bernardus. super illo verbo iob.
 xij. Cum exaltatus fuero etc. di. Ego arbitror
 illum sermonem quem dixit unigenitus
 scilicet cum exaltatus fuero omnia traham
 ad meipsum et cetera. cunctis eius fratri-
 bus posse esse commune et subiungit. Ego si
 exaltatus fuero a terra audacter dico. omnia tra-
 ham ad meipsum et omnia seruiunt mihi
 ne temerarie usurpo mihi vocem fratris
 mei cuius me induo similitudine quod si ita est

imo quia ita est non putent diuites seculi fratres christi solum possidere celestia cum audiunt Beati pauperes spiritu. sed possident et terrena iuxta illud ap[osto]li. Tanq[ua]m nihil habentes et o[mn]ia possidentes et non medicantes ut miseri. sed ut d[omi]ni possidentes. q[ui]a fidei tot[us] mundus diuini[us] est totus plane. q[ui]a t[ame]n prospera qua[m] aduersa eque o[mn]ia seruiunt ei. cu[m] e[ss]ent o[mn]ia p[ro]pter electos sunt creata t[ame]n id[em] m[od]o p[ri]mu[m] totus nobis seruit cu[m] nos dei seruitio fideliter et integraliter applicamus q[uo]d cum fecerimus. t[ame]n fiducialiter possumus illud dicere luc. x. omnia michi tradita sunt a patre meo. **E**t s[ecundu]m membru[m] hui[us] t[er]cij fructus consistit in o[mn]i maloz dissipatione non e[ss]e respicit eos deus in peccatis que breuiter sunt facturi. s[ed] sic s[un]t cora[m] eo in p[er]petuu[m] p[ro]missuri. Unde licet dauid grauissima peccata committeret. de eo t[ame]n dixit deus. Elegi michi viru[m] s[ecundu]m cor meum. sciens q[uo]d h[ic] peccaret in peccato t[ame]n non pleuerat. sic paulus vocat vas electio[n]is etia[m] t[em]p[or]e p[er]secutio[n]is. q[ui]a q[uo]d breuiter p[er]petrauit postea fortissime emendauit. hic de electis d[icit] ysa. liij. Montes commouebunt et colles contremiscent. m[un]da aut[em] mea non recedet a te et fedus pacis mee non mouebit et p[er]petuu[m]. In eternu[m] seruabo illi misericordiaz mea[m] et illud Misericordia[m] mea[m] non dispergas ab eo neq[ue] in veritate mea. q[ui]a et si delinquent in t[em]p[or]e non t[ame]n p[er]manent in delicto. Nam si ceciderint non collident q[ui]a deus supponit manus suas. hic de eisdem electis dicit d[omi]nus illud Ezech. Expandi amictu[m] meum super te ut non videas ignominia[m] tua[m]. amictu[m] caritatis sua[m] vocans et hoc est q[uo]d i. iob. iij. dicit. **D**is qui natus est ex deo non facit peccatum q[ui]a sem[et] ip[s]ius in eo manet. vocat hic sem[et] ip[s]u[m] q[uo]d ibi amictu[m] Et hac intentione d[icit] etia[m] thema in principio p[ro]positu[m]. s. non est arbor bona **D**e his duobus membris. s. bonoz remuneratio et maloz dissipatione d[icit]. **S**tat p[ro]positu[m] dei stat s[er]ua[m] pacis fixa in eternitate super timetes eum. ip[s]oz et dissilans mala et remunerans bonaz ut miro m[od]o non solu[m] bona s[ed] et mala eis cooperent in bonu[m] ut subiungit. hic aduertit electos quasi nunq[ua]m peccasse. **N**am et si deliquisse vident in t[em]p[or]e non apparent in eternitate. q[ui]a caritas operit multitudin[em] peccatoz

Sed dicit aliquis illud ap[osto]li Ro. ix. Quid adhuc querit. Voluisti eius quis resistit. r[ati]o[n]e non ego sed ap[osto]l[us]. **H**omo tu q[ui]s es q[ui] t[ame]n deas deo. nunq[ua]m dicit figmentu[m] ei qui se finxit q[uo]d me fecisti sic. an non h[ic] p[ro]p[ri]etatem lu[n]gulus ex eade[m] massa facere aliud quide[m] vas in honore aliud aut[em] in contumelia. hinc **E**xo. Miserebor cui miserebor et misericordia[m] prestabo cui miserebor. hinc ap[osto]l[us] ut sup[er] g[ra]t[ia] cuius vult miseretur et que[m] vult indurat. **T**u g[ra]t[ia] ut ait ap[osto]l[us] fide sta et age q[uo]d bonu[m] est et spera fiducialiter e[ss]e te[n]tu[m] de numero electo[rum]. **Q**uart[us] fructus bonaz arbor[um] consistit in o[mn]i q[ui] sunt in bonu[m] cooperatio[n]e. hic fructus prior fructus non modicu[m] superaddit. **S**ultra e[ss]e plus est mali in bonu[m] cooperatio[n]e q[uam] eiusdem mali sola dissipatione. **E**lectis g[ra]t[ia] dei super predictos fructus addit etia[m] iste. ut o[mn]ia q[ui] sunt cooperent eis in bonu[m]. ut miro m[od]o non solu[m] bona sed et mala nec solu[m] p[ro]p[ri]a sed etia[m] alia eis cooperentur in bonum. **S**ic e[ss]e h[ic] instigante dyabolo ex bono scit elicere malum ut cum splendet virtutibus incipit superbire. sic deus multo virtuosius ex malo electo[rum] nouit elicere bonum et simpliciter malu[m] conuertere scit in bonu[m] verbi g[ra]t[ia]. **N**unq[ua]m non mala electo[rum] cooperant eis in bonu[m]. cum ex eisdem malis commissis timidiores humiliores cautiore[s] circumspectiores verecundiores in dilectione seruentiores cora[m] deo appetunt. que omnia probari poteru[n]t per scripturam. et hoc est q[uo]d ait ap[osto]l[us]. **S**ancti q[ui] diligunt deum omnia cooperantur in bonum. **A**n non filius qui luxuriose viuere substantia[m] suam cum meretricibus deuorauit et reuersus ad patrem t[ame]n benignissime est susceptus parit[er] stola prima et anulo cu[m] simplici est honoratus. non plus patrem diligere debuit q[uam] disciplinatus filius qui nunq[ua]m fuit a patre taliter honoratus ip[s]o filio dicente. **E**cce tot annis seruiui tibi et nunq[ua]m mandatum tuum preterui et nunq[ua]m dediisti michi h[er]edum ut epularer cu[m] amicis meis. **H**inc paulus considerans q[uo]d peccata que corinthios ad memoriam reuocauerit cooperabantur in bonum dixit. **E**cce hoc ipsum q[uo]d contristauit vos quantu[m] in vobis operabatur sollicitudinem sed defensionis

sed emulatoꝝ sed vindictā per que peccata q̄
comiserant non solū Cor. non nocuerāt sed
in bonum eis veraciter puenerunt. **S**
Quintus fructus electoꝝ arborū consistit in
dilectione singulari. **H**ec autē singularis di
lectio cognosci poterit tribus signis. scz in
arra desponsationis. in respectu diuine intu
itionis. i affectu intime dilectionis. **P**rimo
dico singularis dilectio quam singulariter
singulis electis exhibet est arra desponsatōis
que arra non est aliud nisi donū gratie vni
cuiq; singulariter collatū. de quo di. ap. l. i. v. 1.
Unicuiq; vestrum data est gratia secundū
mensurā donatōnis xp̄i. **U**nusquisq; s
habet donum a deo. vnus sic alius vero sic.
de quib; donis di. gre. **S**icut dispensatione
deus in electis suis dona dispensat. vt illi
det quod isti tenegat. et q̄ alteri maius alte
ri minus tribuat. vt dū illum ille quod ip̄e
non hz habere conspicit. dona dei vicissim
alter in altero miretur et ex hac ammiratione
hūiliter. hoc em̄ agitur in cordib; hoim qd̄
in regionib; terraz. **S**cdm̄ signū singula
ris dilectōis p̄sistit i respectu diuine intuitōis
sic em̄ increando vultus singulorum distin
xit ab inuicem. vt nullus dispositōem alte
rius habere videatur. sic etiā respectus diuine
intuitōis in singulis alteratur. licet idez per
maneat in seipso. quia sic indissimilis sibi
indissimilis manens dissimilis opat. sic etiā indis
similis manens indissimilis dissimiles respectus hz
ad electos. et hoc est quod dicit **H**ester. **F**acies
tua plena gratiaz. qz singuli electoꝝ in aspe
ctu faciei dei inueniunt qd̄ statui suo p̄gru
at. **N**ā peccatori exhibet faciem suā vt iratā
penitenti at vt clementē. satisfaciēti vero
vt adiuuantē. diligenti aut vt amatē. et sic
de singulis percurratur. **S**ingulis em̄ intu
itionibus dei exhibet aspectū faciei sue scdm̄
statū suū et licet p̄gruit sue deuorōi et hoc ē
qd̄ dicit lu. vi. **E**adem mensura q̄ mensi fu
eritis remetiet vobis. quod exponens beru
di. **E**x eo q̄ aia se diligere et vehementer di
ligere sentit. etiā diligere vehementer non am
bigit at de sua singulari intentione sollicitu
diuine cura et opa cui incessanter et ardentem
in vigilat quē admodum placet deo cum hoc
omnia indubitanter in ip̄o agnoscat. et sub

iungit. **E**rgo quales te pateris deo talis oꝝ
vt appeat tibi deus. hinc ē q̄ ex hoc mutuo
aspectu dei et hoim hoc contingit mirabile.
vt singulis faciē ei? contēplantibus aspectū
suum exhibeat ac si se ab oib; auertisset et
solum eum qui se aspiciat intuat. et hoc est
q̄ di. augu. **S**ic mihi videtur cū ei? misfa
ctiones circa me actendo. qd̄ si p̄bas est dice
re quodāmodo nihil aliud agit deus nisi vt
saluti mee provideat et quasi omniū oblit?
mihi soli vacet. **I**nde manet illud frequēs
verbum prophetarū. **Q**uiuit dominus in cui?
conspectu suo. **T**ercium signū singularis di
lectionis est interna deuotio que interdum
in tanto ymbre celestium bonorum exuberat
vt nulli videatur filius exhiberi. hinc sponsa
in **L**an. inebriata hoc amore di. **D**ilectus
meus mihi et ego illi. ac si dicat. **I**ple mihi
solus est in affectu et ego sola sibi. **S**
Sextus fructus consistit in spirituali con
solatione. **S**icut autē fructus mali pomū
scilicet tres sensus corporis reficit. scilicet
visum per coloris flagrantiam. olfactum p
odoris sui violentiā. gustum per dulcoris
experientiam. sic fructus deus tota trini
tas veniens ad animam. eosdem tres sen
sus spiritualiter acceptos scilicet intelle
ctum voluntatem et memoriam diuinitus
afficit. **N**am filius illuminat intellectum
tanquam color visum. pater vero inflam
mat affectum tanquam sapor olfactum spi
ritus sanctus facit sentire memoriam dei p̄e
sentiam sicut gustus sentit dulcoris. **D**e
aduentu filij dicit bernardus. **S**i sensero
mihi apperiri sensum vt intelligam scri
pturas aut infuso lumine desuper reuela
re misteria. non ambigo sponsum ad
esse id est filium. nam de plenitudine eius
ista accipimus. **Q**uid est autem patrem ve
nire ad animam nisi si afficere ad amorem sa
pientie patris quippe diligere est et ideo pa
tris aduentus ex infusa dilectione probatur.
Si ergo dignetur venire ad me in caritate
in hoc cognoscam q̄ non sit solus filius il
luminans intellectum. sed venit etiam pa
ter suus cum eo in flammans affectum. sic
spiritus sanctus qui super mel dulcis est fa
cit memoriam sentire dulcedinem suam. vt

amirando dicere oporteat qui eiusmodi ē
cum ps. Quam magna multitudo dulce.
r. do. rē. hęc consolatio conuenienter descri-
bitur Ezech. xliij. vbi de quadam arboze
beatum hoīem designante dicit. fructus eius
non deficiet. sed per singulos menses affert
primitiua quia aque ei⁹ de sanctuario egre-
dientur. per hęc primitiua spiritualis conso-
lacio accipitur. que bene sic dicitur. quia sic
primitiue sunt preannunciari fructus. sic talis
consolacio est immaturus fructus celestium
gaudiorum. et hoc est quod subiūgit. Aque
enim eius id est gratia consolacionis de san-
ctuario id est de regno celorum egredietur
cui simile dicit. ps. De torrente voluptatis
tue potabis eos. quem fructum per singulos
menses carpinus. cum interpolatis tem-
poribus talibus consolatioibus hic refouemur
et hoc est quod dicitur Ecclesiasti. vi. In o-
pere dei eriguum laborabis et cito edes de ge-
neratioibus illius. Cur autem talibus primi-
tijs nutriamur statim subiungit. quoniam
aspera est nimium sapientia indoctis. et nō
pmanebit in illa excors. et quasi lapidis vit-
tus probatio erit in illis et ideo non in mul-
tis est manifesta rē. **CX**

De eodem sermo quartus.

Edicificate mibi

domū et erit acceptabilis michi
Aggei. i. **D**icit aug. Quotiens alta-
ris vel templi festiuitatem colimus. si dili-
genter et fideliter attendimus iuste et sancte
vuiimus. quicquid in templis manufactis
agitur totum in nobis spiritali edificatio-
ne adimpletur. Nam vt ait grego. in pleris-
q; corporalibus instruimur. quid in spiri-
tibus sit agendum. In verbis ergo propo-
sitis duo intelligimus scilicet de cuiusdam
domus edificande exhortatione. secundo de
eiusdem domus edificate gratificatione. pri-
mum ibi. Edificate mibi domum. secundū
ibi. et erit acceptabilis michi. Verum quia
multiplex est domus dei iuxta morem prin-
cipum terre qui multas habent domos. ido-
ne sermo curat in equiuoco. distinguenda
est domus dei vt sciamus de qua domo edi-
ficanda nos dominus hortatur. Propter

quod sciendum qd deus qui habet in femo-
re suo scriptum rex regum et dominus do-
minantium. septem habet domos scz eter-
nalem virginalem singularem. mysterialē
sacramentalem materialem et spiritualem
Nam de prima domo scilicet eternali di-
cit. **I**sraēl qm magna est domus dei et ingens
locus possessionis eius. Item iobanni. xiiij.
In domo patris mei mansiones multe sūt.
De secunda domo scilicet virginali dicitur
in laude virginis. Domus pudici pectoris
tem. re. rē. De tertia domo scilicet singula-
ri que est homo christus secundum homi-
nem dicitur prouer. ex persona diuine sapiē-
tie. Intraui in domum meam. quod vnq;
factum est quando ingrediens in vter vir-
ginis dominus est incarnatus. que domus
ideo singularis siue etiam personalis dicit
quia non habuit similem neq; parem. De
quarta domo. s. mysteriali q est ecclesia mi-
litans dicitur Sap. ix. Sapia edificauit
sibi domū. excidit colinas septem q sunt sep-
tem scia sup que fundata est ecclesia. De
quinta domo. s. sacramentali que est sacm-
corporis dñi dicitur in ps. Zelus dom⁹ tue
cōedit me. qd est dicere. Amor comestibi-
lem me fecit. De sexta domo. s. materiali q
est qlibet ecclesia dicitur in ps. Domum tu-
am dñe decet sanctitudo in longitudine die-
rū. De septia spūali vicz dicitur iteum in ps.
Dñe dilexi decorem domus tuo. hęc septē
loca oīa dicunt veraciter et sunt domus dei.
qz in eis habitat deus. De his septē domibus
dicit lu. xix. Domus mea dom⁹ oratōis voca-
bit. qz in his oīs qui petit accipit et qui qrit
inuenit et pulsanti apiet. iuxta promissum
dñi iesu xpi. Quis autē singule iste domus dei
sint et dicant veraciter dom⁹ oratōis p; per
singula transcurrenti. Nam in oībo deus et do-
minus adoratur. **R** In prima domo
eternali deus ab inhabitantibus scis tri-
pliciter adoratur. scilicet ab affectu lau-
dationis. gratiarum actionis. glorificationis
Nam de primo et scdo dicit Esa. Gratiarū
actio et vox laudis audietur in ea scilicet do-
mo eternali. De tercio pro glorificatione
corporum dicitur Apoca. Audiuī vocem oc-
cisorum clamantium et dicentium. Glindi⁹